



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Quirino episcopo et martyre. Cap[itulum]. lxxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

nudat ad eum ventrent: eiusque misericordiam postularent: ille unum ex discipulis silenter vocauit: et sic precepit: ut ad talem cauam arborē in siluā accederet: et vestimenta ibi reperta defferret. Qui dum iussa compleisset et vestes reperitas detulisset viri domini ea peregrinis nudis petentibus tribuit. Illique recognouerunt que posuerant pudore consternati: quod qui fraudulenter vestimenta querebant aliena confusi receperunt sua. **¶** Quidam vir se illius orationibus commendans sportas duas alimentorum ei per puerum transmisit. Quarum unam puer in itinere abscondit alteram viro detulit. Quam ipse gratanter accepit: sed puerum admonuit: ne sportam absconditam incaute contingeret: quod serpens in ea ingressus foret: puer igitur quis exultasset quod mortem euasit: quia tamen delictum eius propalatum fuerat confusionem suscepit. Reuersusque sic eum abbas dixerat serpentem in sporta inuenit et de commissio penitentiam egit. **¶** Dec. gregor. 11. dialo. cap. 111. Sanctus autem isaac clarus virtutibus in ipso cenobio in domino quiescit.

¶ De sancto Quirino episcopo et martyre. Cap. lxxv.

Quirinus eps scythia-
nus et martyr tempore diocletiani et maximiani passus est. Qui cum in eadem ciuitate que oppidum est illyricę puincie a maximo prelide quereret: egressus urbem et fugiens comprehensus est: et maximo iudici presentatus. Et cum se christianum libere profiteret iussit eum fustibus ce-
di. Deinde grauatum cathenis in carcerem recludi. **¶** In nocte oranti diuinus splendor illuxit. Quod videns marcellus custos carceris aperuit: et conuersus ad christum: ac eius pedibus perstratus baptisma sacrum suscepit. **¶** Post triduum autem maximus iudex iussit quirinum ferro vincitum ad amantium prelide ad primam pannonie ciuitatem adduci. Qui iuxta flumen danubium amantio de scarabateni ciuitate reuertenti presentat: quem ille ad eandem ciuitatem rediens illuc adductum durissimo carceri mancipauit. **¶** Qui christiane quedam matrone cibum portans ministrabat. Gratulansque ut oblata benedixit ceciderunt cathene de manibus et pedibus eius: donec manducaret: deinde a custodibus ad sabariam ciuitatem adductus amantio prelide in theatro oblatum est. **¶** Quem preles per multa verba ad sacrificandum suadebat. **¶** Tunc quirinus tam eius minas quam blanditias contempserit: iussit amantius ad collum eius mollam suspendi: atque in fluminis sabarii undam demergi. **¶** Tunc de ponte precipitatus fuisse in flumen: et diu super nauasit cum spectantibus christianis collocatus: ne suo terrentem exemplo: vir orans ut mergeret obtinuit. **¶** Tunc corpus non longe inde repertum in basilica iuxta scarabateni ciuitatis portam principalem posita a fidelibus sepultum est. **¶** Facta ho-

incursione barbarorum in partibus illis: christianiani inde fugientes corpus martyris abstulerunt: et romam batulantes via apia militario ab urbe tertio in ecclesia ad catacumbas deuore deposuerunt. **¶** Tunc aliquando apostolorum corpora facerunt: ubi et corpus sancti Sebastiani martyris cum alijs plurimis requiescit. **¶** Passus est autem pridie nonas iunij.

¶ De sanctis. xliij. martyribus. Cap. lxxvi.

Quadragesimaquattuor
martyres in ciuitate conij passus sunt sub alexandro imperatore: **¶** Hi a sanctis quiritico et iulita conuersi: cum christum publice predicarent iussu alexandri capite celi sunt pridie nonas iunij: et in eadem ciuitate tumulati.

¶ De sancto Bonifacio episcopo et socijs martyribus. Cap. lxxvii.

Bonifacius archiepis
episcopus maguntinus apud frisciam martyrium passus est. **¶** Qui iussu stephani pape secundum pipinum karoli patrem uenit in regem francorum. **¶** De de britannia ueniens fidem christi friscionibus primus annunciauit: et multis miraculis nouelle genti nouus predicator conuincit. **¶** Tuncque maximam partem friscie christi cultui subiecisset: et sacro fonte baptisimatis diluisset: a pagans qui supererant tentus et multis affectus infurijs: tandem gladio peremptus martyrium consumauit: cum eobarico episcopo et alijs socijs dei nonas iunij.

¶ De sancto Bonifacio episcopo et martyre. Cap. lxxviii.

Bonifacius
archiepis bosnensis et martyr sanguineus orthodoxus tertij imperatoris fuit: qui sibi admodum dilectus liberalibus instructus et musicus graciosus: adhuc in seculo deo deuotus erat. **¶** Et dum ecclesiam sancti martyris bonifacii sui nomine frequentaret: operabatur se illius exemplo martyrem futurum. **¶** Tandem relicto seculo habitum ordinis camaldulensis accepit: et sancto romualdo abbati eius ordinis fundatoz adhefit: cuius discipulus effectus sanctissimam vitam pluribus seculis annis egit. **¶** Demum ad martyrium flagrans a sede apostolica predicandi gentibus licentiam impetravit: et consacratus archiepis ad gentes bosnie euagelizandas accessit: qui ceteris consocijs equitatis nudis pedibus incedebat. **¶** Et cum alias